



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

56. De senatore Geneuensi, qui cum supremi altaris lapidem ad patibuli  
locum transtulisset, vt damnati in ilio plecterentur, primus in eodem  
decollatus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

re id temporis agens in loco non valde à  
tatis militum istorum remoto, suos confor-  
tabat, ut sacrum Quadragesimæ tempus perge-  
rat religiosè peragere: illos quidē diuinis hu-  
manisque sanctionibus cōtemptis, nunc stre-  
nūe comessari carnibus, vicitare & lætari, sed  
ugubre & funestum Pascha habituros: se ve-  
to ac suos fausto & felici Paschate gauisuros.  
Quod & factum. Nam Catholicis post exactos  
sanctæ Quadragesimæ labores, Paschalem so-  
lemnitatem festiuis gaudiis celebratibus, ecce  
subito feria 4. Pasca, vniuersus ille Ludouici  
exercitus cum ipso Comite Ludouico, omni-  
busque antesignanis cœsus & interfectus est,  
paucissimis fuga saluatis. Adhuc escæ erant in  
ore eorū, inquit Psalmista (*Psal. 77*) & ira Dei  
ascendit super eos, & gladius Catholicorū de-  
voravit carnes & carniuoros. Hanc strageni  
Gethardus Candidus in appendice historia-  
rum Belgicarum Ioannis Meierij his verbis  
succincte, vt cætera omnia, annotauit. Deci-  
moquarto, inquit, eiusdem mensis Aprilis  
die, auxiliares copiæ, quæ Auraici vires nit-  
ebantur firmare, in Ericero Mokensi, vulgo  
*auff der Moccer Heyden* ab Hispanis fusiæ  
sunt, & dissipatae, præcipui exercitus duces,  
Ludouicus & Henricus Nassouij Comites, &  
Christophorus Palatinus, nec inter viuos, nec  
inter mortuos reperti.

*De Senatore Genevensi, qui cum supremi altaris la-  
pidem*

336 COLLATION. SACRARI  
pidem ad patibulis locum translatisset, ut dannati  
in illo plecteretur, primus in eodem decollatus est.  
CAP. LVI.

**E**xclusus est Antuerpiæ anno 1568. ab Emanuele Tronesio dialogus Passuantij & Pasquinii idiomate Belgico, de vita & moribus Caluini, Vireti, Bezae, & aliorum, approbatuſ à Commissariis Regia Majestatis, in quo cum multa de artibus & strategematis istorum hominum retulisset author, (quigauibus de causis, in prologo commemoratis, nomen suum dissimulandum duxit,) tandem sub libelli finem, quædam recenseret digna memoratu. Ait enim, quendam ex Optimis Genevæ consilio & auctoritate sua obtinuisse, vt in basilica primaria D. Petro Apostolo consecrata, summi altaris lapis, (quem Innocentius III. & alij canonum authores mensam altaris vocant) loco moueretur, & in locum supplicij transferretur, vt dannati in eodem decollarentur, idque in contumeliam, & contemptum tremendorum mysteriorum. Contigisse vero deinde, vt idem ille quantumvis primarius Senator Genevensis, primus in eodem lapide capitali censura plecteretur, infat Aman, (Esther. 7.) qui suspensus est in patibulo, quod Mardochæo porauerat.

*De matrona Genevensi, que Deiparam virginem & sacerdotis irridens, prolemque suam à sacerdote baptizari nolens, moriuam subvolvit exixa est.*  
CAP.